



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 9. De pœna suspensionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

hoc esse verius, & respondet ad fundamenta in contrarium adducta. Adde inter recentiores. *Anton. de Burgos in c. ad nostram. de empt. & vendit.* ubi à Felino recedens fundamenta ipsius convellit. Denique *Ign. Lopez in Pract. Crim. c. 134.* laudata *Pauli Castr.* opinione quasi communiore, probabile censet, quod quando clericus propter crimen ad restitutionem fructuum damnatur, damnari solum ex æquitate ad restitutionem perceptorum, non autem eorum, qui percipi potuerunt. Satis enim est ecclesiæ, cui applicandi sūt, si clericus restituat fructus quos percepit, quoniam vis illos consumpsit sine eo, quod tam strictè exactio fiat ab eo, sicut si spoliasset aliquē suo beneficio. Verum, quod de consumptis fructibus *Lopez* addit, restituendos esse, non video unde tanta obligatio manet, si Clericus post commissum delictum satisfecit muneris suo, & in usus necessarios insumpsit ea, quæ ratione beneficii sui percepit. Quocirca multò probabilius est clericum ipso iure privatum beneficio, si ea præstare pergat, ad quæ ratione illius obligatur, fructus inde perceptos retinere posse, donec illis per sententiam iudicis spoliatur. *V. Avilam Par. 3 c. 6. Disp. 6. Escobar Tr. 4. Exam. 3. c. 5. num. 38. Suar. V. Disp. 40. Sess. 2. num. 21.*

§. IX.

De poena suspensionis.

I. S *Suspensio latè, & strictè accipitur. Latè significat separationem ab exercitio cuiuscunq̄ue potestatis, sive sacræ, sive profanæ ad certum tempus. Unde separatio ad tempus in officio advo-*

cationis suspensio dicitur, & similiter in alio quocunq̄ue officio, seu munere Propriè & strictè in personis sacris duntaxat locum habet, cum ab executione muneris sui impediuntur. *Est igitur suspensio censura ecclesiastica, qua alicui persona ecclesiastica prohibetur ob culpam suam exercitium officii, vel beneficii ecclesiastici, sive ad certum tempus, sive in perpetuum. c. Quarenti de verb. significat. Sayrus l. 4. c. 1. Navar. c. 27. n. 151. Vallens. l. 5. tit. 39. §. 8. Avila Par. 3. D. 1. dub. 1.*

Variè dividitur. *Primo* in eam, quæ à beneficio tantum, eam, quæ tantum ab officio, & eam quæ ab utroq̄ue suspendit. *Secundo* suspensio ab officio alia est ab officio in totum, alia ab officio quoad partem duntaxat. *Tertio* alia est pœnalis, quæ fertur in pœnam delicti, alia medicinalis, quæ intenditur correctio, & emendatio suspensio. *Quarto* alia est temporalis, alia perpetua. Denique alia est à iure, alia ab homine. *Navar. l. c. n. 154. Bonac. To. 1. p. 423. Layman l. 1. Tr. 5. Par. 3. c. 1. num. 2. Avila Par. 3. disp. 1.*

II. Suspensio à divinis propriè est privatio officiorum pertinentium ad septem ordines ecclesiasticos, & septem horas Canonicas. *Martinus Papa. & Innoc. IV. in Conc. Lugdun. c. si quis 11. q. 3. c. 1. de sent. excom. in 6.* Non enim prohibetur, quicquid divinum est, sed ea tantum, quæ ad officium speciale pertinent. Quamobrem *Innocentius IV.* loco cit. dicit, ita suspensum à divinis confiteri posse peccata sua, communicare, legere horas Canonicas, assistere sacris, cantare in choro, baptizare sine sollemnitate, benedicere mensam privatam: quia hæc & similia non deputantur alicui officio speciali à iure, constitutione,

ratione, vel consuetudine, cum ad ea qui-
libet Christianus habeat potestatem. At
verò usus solennis Acolutorum ad defe-
rendos cereos, Subdiaconorum, & Dia-
conorum, presbyterorū, aliorumque sa-
crotum ministeriorum prohibetur in sus-
pensione à divinis, quia usus eiuscemodi
censetur proprius alicui officio speciali,
quod eam ob causam institutum est. *Ro-
der. Tom. 1. q. 26. artic. 14. Avila Par. 3.
pag. 213.*

III. Non tantum privati, & singulares,
sed Universitas quoque, & Communitas
suspendi potest. *c. an ne sede vacante in 6.
e Romana c. si sententia. de sent. excomm. in 6.
6. Cont. Trid. Sess. 24. c. 16.* Et ratio præstò
est quia Communitas, Collegium, Capi-
tulum, etiam ut sic, capax est culpæ, benefi-
cii, privilegii, & similibus, ergò etiam
privationis illorum. *Navarr. l. cit. n. 165. &
Consil. 40. Henric. l. 24. c. 25.* Alia ratio ex-
communicationis est, ut infra patebit §.
21. Monet tamen *Suarez V. Disp. 28. Sect.
3.* Suspensionem ab officio, quantum ad
actus ordinis propriè in Capitulum ut sic,
non cadere, quia eiusmodi non fiunt per
totam Communitatem, sed speciales per-
sonas. Caterum in tali suspensione, quan-
do fit propter delictum membrorum
Communitatis V. g. Capitularium, qui in-
nocens est, excusatur. At quando fit ob
culpam illius, qui præest, V. gr. episcopi,
aut Decani, omnes simul tenentur. Neque
id mirum videri debet, cum in aliis quo-
que eventibus propter communitatem in
ea contenti innocentes aliquo bono pri-
ventur. *Navar. Consil. 40. Avila de Cen-
sur Par. 3. Disp. 3. Dub. 2. Diana Par. 5. Tr. 10.
Resol. 22. Suarez V. disp. 28. Sect. 3. Emm.
Sa n. 13.*

IV. Cum absque limitatione fertur sus-
pensio, à beneficio, & officio simul sus-
pendit; in qua verò effectus aliquis parti-
cularis exprimitur, ultra se non extendit.
Censura enim nõ operatur ultra id, quod
significat. Hinc episcopus ab officio Pon-
tificali suspensus intelligitur tantum sus-
pensus ab iis, quæ ad usum ordinis episco-
pali pertinent, cuiusmodi est, confirma-
re, consecrare ecclesias, ordines conferre,
& similia. Excipiuntur ergò, quæ iurisdic-
tionis sunt, ut conferre beneficia, ex-
communicare & similia. Neque suspensus
censetur à celebratione Missæ, auditione
confessionum, & reliquorum eiusdem ge-
neris. *Bonac. lo. cit. n. 4. Zerola P. 1. num. 2.
Navar. nu. 160. Henric. n. 1. Silvest. Q. 5.
Tabien. num. 4. Layman l. 1. Tr. 5. Par. 3. c.
Avila Par. 3. Disp. 2. Concl. 5. Armilla n. 4.
§ 9.* Vicissim suspensus ab ordine, non est
suspensus ab actibus Iurisdictionis. Iuris-
dictio enim absque ordine consistit, ut in
eo patet, qui electus & confirmatus epis-
copus est: quem nemo dubitat etiam ante
consecrationem ea, quæ ad Iurisdic-
tionem spectant, exercere posse. *V. qua dix.
Par. 1. Tit. 4. §. 2.*

Similiter ab officio suspensus non ha-
beret à beneficio suspensus, & beneficii
fructibus, nisi indirectè, quatenus per sus-
pensionem impeditur, ne fungatur mu-
nere suo. At qui ab inferiori ordine sus-
penditur, nec illum, nec illo maiorem e-
xercere potest, ex communi Regula. *Cui
non licet, quod minus, nec licere debet, quod
maius est.* Sed à Superiori ordine suspen-
sus ea, quæ inferioris ordinis, efficere non
prohibetur. *Piassec Par. 2. c. 4. n. 78. Vallens.
l. 5. tit. 39. §. 10. Avila. lo. cit. Tholos. l. 1. c. 45.
n. 6. Barbos. in c. Taurum. de Privil. nu. 29.*

V. Cum quis illimitate ab officio suspenditur, ab officio ordinis, & simul iurisdictionis suspensus censetur. Verum ab officio simpliciter suspensus non censetur suspensus etiã à beneficio ut n. præc. diximus modò per aliũ obligationi suã satisfaciãt, quia beneficium propter officium datur *Cardin. Tuschus V. Beneficium in concl. 53. Bonac. n. 9. & 10.*

Et vicissim suspensus à beneficio non intelligitur ab officio suspensus licet propter officium habeat beneficium, nec privatur usu, & exercitio rerum spiritualium, ac temporalium: ac proinde potest, si aliã potestatem habet, conferre alteri beneficium. Fructus autem intermedii temporis in utilitatem ecclesiã applicandi sunt, detractis, quã substituto propter operam & laborem suum, tribuuntur. *Abb. in c. cum Antonienfis n. 10. cum Gloss. ibi V. Admiserant. Suar. Disp. 27. num. 34. Diana Par. 5. Tr. 10. Resol. 1. & seq.*

VI. Qui propter contumaciam suspensus est, de fructibus beneficii sui non potest quicquam percipere. Cum enim in potestate ipsius sit liberare se à suspensione per emendationem, & resipiscenciam, sibi imputet mala, quã ex contumacia nõ sublata nascuntur. Qui autem in alterius delicti pœnam suspensus est, ne indecorẽ cogatur fodere, aut mendicare, necessaria & congrua sustentatione fieri potest. *Laym. loc. cit. n. 4. Escob. c. 5. n. 49.*

VII. Ab ingressu ecclesiã suspensus impeditur ab executione ordinum intra ecclesiã, & ab auditione divinorum officiorum: poterit in ecclesiã tamen Sacramenta percipere, orare, & recitare horas, cum non celebratur divinum officium, pertransire etiã non hærendo, aut com-

morando in ecclesiã. Quod si illum contingat mori cum signis verã pœnitentiã, censetur à suspensione, & interdicto liberatus, adeo quẽ in loco sacro humari potest. *Navar. c. 27. n. 170. Coninck Disp. 17. num. 59.*

NOTAT præterea *Henriquez* huius generis suspensionem potius interdiciũ esse. Suspensus enim, propriẽ loquendo, nec ab auditione rei Sacrã, nec Sepultura arceretur. Addit *Piassecius Par. 2. c. 4. n. 78.* suspensum ab ingressu ecclesiã irregularem fieri, si in ea exerceat actum aliquem ordini sacro deputatum: si tamen exerceat domi, vel in Oratorio privato, non incurrit. *V. Ign. Lopez in Pract. Crim. c. 132.* ubi notat, non fieri irregularem, si in Oratorio strictẽ sumpto celebret.

VIII. Suspendio ab homine scripto faciendã est cum expressione causã, & instrumentum suspensio intra mensem exhibendum, si petatur. *c. 1. de sent. excomm. in 6.* Id iudex si non fecerit, suspensionem ab ingressu ecclesiã incurrit per unum mensem, quo tamen exacto statim absolutus censetur. Si autem propter contumaciam ferenda sit, monitio permissa debet. *Bern. Diaz. in Pract. Crim. c. 122. Ign. Lopez c. 133.* Calus verò, in quibus ipso iure Suspendio contrahitur, explicatos invenies apud *Silvestr. V. Suspendio num. 6. Suar. To. 5. Disp. 31. Av. lam. D. 5. Dub. 5. Navarr. c. 27. nu. 54. Henriq. l. 13. c. 36. usque ad 40. Escobar. Tr. 4. Exam. 3. numerat pro Episcopis 24. pro Capitulis 4. pro religiosis 9. pro clericis 38. Escobar. Calus verò, quibus expresse suspenditur episcopus, enumerat *Piassecius Par. 2. c. 4. nu. 80. & seq.* admonens simul, nunquam censeri episcopum suspensum, nisi de illo mentio expressa*

expressa fiat. c. *Quia periculosum desent. excomm.* Idem est de Cardinali etiam non episcopo, de rege item, & Imperatore, qui potest suspendi ab ea iurisdictione ecclesiastica, quam habet ad presentandum episcopos

IX. Ad suspensionem inferendam sufficere potest peccatum Veniale. Certè excommunicatio minor, maioribus bonis privat, Sacramentorum receptione nimirum, & tamen pro levi culpa imponitur. Ita *Caet. in sum V. Suspendio. Armilla eod. V. num. 1. Soto in 4. dist. 22. qu. 3. artic. 1. Navar. c. 27. n. 151. Medina in sum. l. 1. c. 11. §. 8. Henr. l. 1. c. 34. n. 1. Avila Par. 3. Disp. 3. D. 3. Suarez. Disp. 28. Sect. 4. nu. 7.* Quis enim mortaliter delinquere credat illum, qui una aliqua electione à formâ præscripta declinat, vel unius diei distributiones immeritò recipiat? Contrarium hoc tempore plerique Theologi tenent, & meritò, quia suspensionis pœna per se maior est, quam ut levis ad illam culpa sufficiat. Quocirca (quod attentè observandum monet Suarius) si propter crimen aliquod gravis suspensio ab officio & beneficio imponatur, & committens eiusmodi actum non nisi venialiter peccet, non incurret pœnam suspensionis, undecunque proveniat illius actus levitas à mortali peccato excusans. Præterea si præxim spectas, nunquam suspenditur à iure quisquam, nisi propter peccatum mortale. *Avila l. cit. Coton in Sum. Diana V. Censura. n. 16.*

X. Qui suspensionem violat, exercendo actum prohibitum, mortaliter peccat, nisi materiz levitas, vel alia eum circumstantia excuset. Mortaliter peccare liquet, quia in re gravi non servat præceptum ecclesiæ, Quod verò per levitatem materiz,

aliasque circumstantias minuatur culpa, aliis etiam in casibus usu venit. *l. 2. q. 7. a. 7.* Hoc loco autem levis materia censetur, si suspensus à iurisdictione recipiat unum testem, vel suspensus ab ordine exerceat unum actum ordini minori annexum, vel suspensus ab ingressu ecclesiæ commoretur in ea per exiguum tempus, quando celebrantur divina. *Avila P. 3. Disp. 2. Dub. 2. Ledesma Par. 2. q. 26. ar. 2. Henr. c. 33. n. 1. Toletus l. 1. c. 45. n. 1. Ejeobar. Tr. 4. Exam. 3. c. 3.*

XI. Suspensus non est ab aliis necessariò vitandus, etiam denunciatus, quoniam id nullo iure cautum reperitur. Lex Charitatis tamen suadet, ut clericum ab officio suspensum sine causa non inducam, V. g. ad celebrandum, quando is sine peccato, & irregularitatis nota id facere non potest. Similiter ipse cum aliis familiariter agendo non peccat, convenienter Extravag. Concil. Constantiensis, quo eiusmodi communicatio indulgetur excepto clerici notorio percussore. *Reginald l. 32. Tr. 2. c. 21. n. 33. Laym lo. cit. n. ult. Coninck To. 11. D. 15. Dub. 2. Contrarium asserit. Navar. c. 27. n. 163. & Tolet l. 1. c. 45. n. 4.* peccate scilicet mortaliter, qui cum suspensio denunciato communicant in iis, in quibus suspensus est Quod admitti potest, de communicatione, quæ non fit sine cooperatione ad peccatum ut *Suar. explicat. Disp. 28. Sect. 5. nu. 6.* vel quando cooperatur alicui iurisdictionis, qua privatus est suspensus. *Avila dub. 4. Concl. 2.*

XII. Episcopus absolvere potest subditos tuos à suspensione perpetuâ etiam summo Pontifici reservata, si proveniat ex delicto occulto, & non deducto ad forum contentiosum. *Con. Trid. S. 24. c. 6.*

NAVARR. c. 27. num. 162. Quæ verò in pu-
ram alicuius delicti pœnam lata est, non
potest auferri ab eo, qui imponente infe-
rior est, nisi habeat privilegium, & suspen-
sio provenerit ex delicto occulto. V.
Laym. l. 1. tr. 5. par. 3. c. 4. num. 4. tunc enim
dispensatio requiritur, quæ ex natura sua
Superiori Magistratui est reservata. De-
nique suspensio certi temporis spatio cir-
cumscripta, eo elapso per se interit: simili-
ter impleta conditione, sub qua emana-
rat, V. g. quamdiu non satisfeceris. &c.
Ita usus & praxis habet, quamvis in Ex-
communicatione non fiat Escobar. Tract.
4. Exam. 1. c. 2. Forma absolutionis à sus-
pensione hæc esse potest. *Absolvo te à vin-
culo suspensionis, quam incurristi propter
hanc, vel illam causam, & restituo te pri-
stina executioni.* Avila Par. 3. Disp. 6. Hen-
riq. l. 13. c. 35. Silvest. nu. 8. Toletus l. 1. c. 46.
n. 5. Reginald. l. cit. n. 46.

§. X.

De Interdicto.

I. Interdictum est *Censura ecclesiastica,*
*qua interdictus separatur à perceptio-
ne quorundam Sacramentorum, à divinis
officiis, & ab ecclesiastica sepultura.* Vel, est
*censura ecclesiastica prohibens usum qua-
rundam rerum divinarum, ut fidelibus
communem, quatenus talis est.* Differt à
Suspensione, quia hæc privat aliquo usu,
non ut communis, sed ut proprius est. Ab
excommunicatione, quia hæc privat usu
rerum sacrarum, non quatenus talis, sed
quatenus est communicatio cum aliis fi-
delibus V. suar. Disp. 32. Sect. 1. n. 4. Præ-
dicta definitio abstrahit à loco & perso-

na, ab usu activo, & passivo: atque ita faci-
lius accommodatur diversis Interdicti
speciebus. Nam aliud Interdictum est
personale tantum, aliud locale tantum, a-
liud personale, & locale simul. *Locale tan-
tum* dicitur, quo solus locus interdicitur.
V. g. ecclesia, parochia, oppidum, reg-
num. *Personale tantum*, quo solæ personæ
interdicuntur. Inter hæc illud discrimen
est, quod solo loco interdicto possint per-
sonæ illius, quæ interdicto causam non
dederunt, in alio loco audire divina, da-
re, & suscipere Sacramenta: quando au-
tem personæ interdictæ sunt nullibi id
possunt. c. *Si sententia. de sent. excommu-
in 6.*

Interdictum locale subdividitur in Ge-
nerale, & particulare, Generale est, quod
fertur in locum generalem, id est, quæ
Communitate, ut communitas est, adeo-
que divisim habitationibus occupatur, ut
regnum provincia, civitas, parochia, vil-
la. c. *cum in partib. de verb. signific.* Particu-
lare vocatur, quo interdicitur certus lo-
cus sacer, unus, vel plures, puta, parochia-
lis ecclesia, quo nomine veniunt etiam
capellæ, & cœmeteria: quemadmodum
suburbia civitatis nomine. c. *Si civitas de
sent. excomm. in 6. Reg. in l. 32. Tract. 1. c. 1.
Nulla par. 3. Disp. 1. Escobar Tr. 4. Exam.
4. c. 1.* Eadem analogia seu vata subdividi-
tur Interdictum personale. Aliquando e-
nim populus, aliquando persona singula-
ris interdicitur: & propter mortale, &
propter Veniale peccatum. Henriq. l. 13. c.
42. Diana. Par. 5. Tr. 10. Resol. 78. Toletus
l. 1. c. 53. n. 8.

II. Idem, qui excommunicare, & suspen-
dere, interdictum quoque ponere possunt:
aliqui Prælati tamen, puta Regularium non
nisi